



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

VIII. Cæsar an possit iterum conferre, si Precista gratiam non acceptet

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

*Cæsar an
possit iterum
conferre si
Precista
gratiam
non accep-
taverit:*

SEPTIMO, præcedenti quæstioni affinis est ista, si Precista repudiet gratiam, an Cæsar poterit iterum conferri? Præmitto, repudiationem gratiæ fieri dupliciter, facta, & non facta: facta fit, quando Precista expressis verbis iuri suo renunciat, non facta verò, quando ob negligentiam inducitur præsumpta renunciatio: utpote si intra mensem non accipiet, ut hic statuitur, quando enim quis tenetur ad factum limitato tempore, si non facit, probatur negligentia, & ex ea tacita juris renunciatio, L. 3 §. si ad diem. ff. de re militari. l. 2. §. sed si quis. ff. si quis cautio. Quæ etiam elicitur ex eo, cum primus impetrans se dimittit, ut conferatur beneficium secundo impetranti, ita quod procedatur ad executionem illius collationis, tunc enim dicitur constitutus in notabili negligentia, text. in c. tibi qui. de rescript. in 6. in c. si clericus. verbo, negligenter patre distulerit. de præbendis in 6. Abb. & Fely. in cap. Cæterum. in cap. ad audiendam. & in cap. Capitulum sanctæ crucis. de rescriptis. Si itaque Precista repudiet uno ex istis modis, poterit Cæsar alteri liberè conferre, & iterum si is repudiet alteri, donec Preces plenum sint sortitæ effectum. Probus tract. juris Regal. quæstio. 30. conferunt quæ scribit Simonetta de Reservat. beneficiorum. quæst. 58. & ibi Granus.

*Verum Cæsar
preces
concedens
do possit
mutare
naturam
seu qua-
litatem
beneficij:*

OCTAVO quæritur, an Cæsar Primarias Preces concedendo, possit immutare naturam beneficij; distinctione quæstio hæc terminatur, aut enim CÆSAR confert uti patronus: aut ut non patronus: priori casu potest qualitates & conditiones tempore foundationis appositæ in totum tollere, vel saltem alterare, Abb. in c. illud in si. de iure patron. glos. in cap. memini 18. quæst. in verb. liber au facultatem loco religioso. Hostien. tit. de iure patronat. §. qualiter transferatur, vers. vocatione, Calder. cons. 4. de iure patronat. Accedit quod favore fundatorum introductum est, in eorum odium non debet retorqueri, Reg. quod in favore de Reg. Iur. in 6. In favorem autem eorum introductum est, ne quod extremis illorum elogijs ordinatum est, facta, & ordinatione alterius everteretur: atqui in odium fundatoris vel hæredum redundaret, si quod ordinatum, mutare aut tollere non possent. Denique facit quod Hostien. scribit in cap. cum accessissent, de constitut. quod sola autoritas & consensus fundatoris vel ejus hæredis sufficit ad hoc, ut tollatur natura, & conditio aut institutio in ipsa fundatione appositæ: cui ad stipulatur Abbas, & Imo. dicentes, quod si in institutione beneficij collatio est faciendæ Presbytero, potest cum licentia patroni super hoc dispensari. Idem Abb. in cap. fin. de Clericis non resident. Nec obstat si dicatur qualitatem illam, puta Theologalis præbendæ, vel aliam extinguere, quia suspenditur dumtaxat ad tempus: nam prima postea vacans extra Indulgentiam Primariarum Precum debet Theologo assignari, & idem dic in sacerdotali, per not. Philip. Probi, tract. regal. quæst. 21. num. 3. Secundo verò casu dicendum est, Cæsarem jus iam acquisitum Ecclesiæ tollere non posse, esset enim species alienationis, Abb. in cap. cum dilectus, de consuet. Accedit quod limitata potestas tranfit cum suo onere; cap. ex litteris de pignoribus. Hinc scribit Panor. in cap. ne

PRIVILEGIUM
REGULARIUM
ET
COMMENTARIUM
IN REGULA
CANCELLARII
APOSTOLICE
C. III
8